

Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniae, Magni Ducis Lithvaniae, Russiae, Prussiae, Maso-
viae, Samogitiae, Kyovia, Volhyniae, Podoliae, Podlathiae, Livoniae, Smolensiae, Severiae, Cerniehorviae
necnon Hereditarius Dux Saxoniae Princeps & Elector

Significamus presentibus literis nostris quorum interest universis et singulis. Quod cum pro Gratia Nostra Regia libere
teq. per omnem occasionem Subditorum Nostrorum rationes et utilitates promoveamus, cupiamusq. ut eo majora in diebus
possint incrementa, facile dedimus id Supplicationi Innocei Martiniani Drybowshi Subdactiferi Civensis ex Nomine apud Nos
interposita ut in Oppido ipsius hereditario Okuniew Nuncupate in Palatinatu Masoviae Terra Warsaviensi Sitt, Fora Septima-
nalia Auctoritate Nostra indiceremus et institueremus uti quidem indicimus et una cum exactione pontalium et a
via Strata alias Brukowego instituiamus presentibus literis nostris in qualibet Septimana pro Feria Quinta sin-
gulis Annis perpetuo Celebrari. Citra tamen praesudicium Vicinatum Civitatum et Oppidorum, pro quibus quidem Foralibus
liberum esse volumus omnibus cujuscumq. generis hominibus Mercatoribus et Artificibus cum rebus et mercibus sive
ad Vitum, sive ad Negotiationes pertinent. Venire, in eisdem que illis visa fuerint, emere, vendere, res pro rebus, merces pro Mer-
cibus commutare et alia Negotia omnia licita et honesta agere et tractare, omnibusq. eo venientibus tutus atq. liber accep-
sus et receptus patere debet, nisi forte tales aliqui fuerint, quos jura publica fovere non permittant, et quibus Consor-
tium Nobis jure ac merito sit denegandum. In quorum fidem praesentibus manu Nostra subscriptas sigillo Regni
Communiri iussimus. Datum Warsaviae Die VIII mensis Octobris Anno Domini MDCCCL. Regis ve-
ro Nostris Anno.

Augustus Rex




Fora Septimanalia in
Oppido Okuniew in Palatinatu
Masovia Terra Warsaviensi Sitt

Joannes Szepowski Canonius Cathedralis
Seminarii P. R. M. A. Sitt. Regni
Secretarius

MS. 1750

74

96.



13
~~13~~
49
~~13~~
15

Pro Cancellariatu
Illrmi Excellmi et Rndmi Domini
Michaelis Comitis de Franca Wazinski
Decani Cablis Praevien Abbatis Commen
datary Vachoan et Cener Pro Cancellaria
ry Regni

Sigillatum

426



Rkp 1223/67